Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



82

plere mercedem suam desiliqs
quas porci comedebant. et ne
mo illi dabat. Inde autem reuer
sus ait. Quia mercenarij
in domo patris mei habundant
panibus. ego autem hic fame pe
reo. Surgam et ibo ad patrem
meum. et dicam illi. Pater peccaui
in celum et coram te. et iam
non sum dignus vocari filius
tuus. fac me sicut vnum de mer
cenariis tuis. Et surgens
venit ad patrem suum. Cum autem
adhuc longe esset. vidit illum
pater ipsius: misericordia motus est. et
accurrens cecidit super collum
eius. et osculatus est eum. Dixit
ei filius. Pater peccaui celo
et coram te. iam non sum digus
vocari filius tuus. Dixit autem
pater ad seruos suos. Cito pro
ferte stolam primam. et indu
te illum. et date annulum in manu
eius. et calceamenta in pedes.
et adducite vitulum saginatum
et occidite. et manducemus et
epulemur. quia hic filius me
us mortuus erat. et reuixit.
perierat et inuentus est. Et cepe
rant epulari. Erat autem filius eius
senior in agro. Et cum veniret
et appropinquaret domui audi
uit symphonia et chorum. et
vocauit vnum de seruis. et in
terrogauit que hec essent. Ipse au
tem ait illi. Frater tuus venit.
et occidit pater tuus vitulum sagi
natum. quia saluum illum recepit.
Indignatus est autem et nolebat
intrare. Pater ergo illius egressus
cepit rogare eum. At ille re
spondens dixit patri suo. Ecce tot
annis seruio tibi. et nunquam man
datum tuum preterii. et nunquam
dedisti mihi hedum. ut cum am
icis meis epularer. Sed post
quam filius tuus hic qui de
uorauit substantiam suam cum
meretricibus venit. occidisti
illi vitulum saginatum. At ipse
dixit illi. Fili tu semper mecum es.
et omnia mea tua sunt. Epulari
autem et gaudere oportebat. quia fra
ter tuus hic mortuus erat et reui
xit. perierat et inuentus est. Offertorium
Illumina oculos meos ne quando obdor
miam in morte ne quando dicat inimi
cus meus preualui aduersus eum.
Secreta. His sacrificiis dilec
te deo placatis: ut qui pris
tinis obsolui delictis: ita
gratiae eximus. Per dominum. Op
tet te fili gaudere quia frater tuus
mortuus fuerat et reuixit periit